



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Sermo sapientis debet habere quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Augul. dicebat P. Augustinus . Da mihi lumen in corde, uerbum in ore, ut cor meditetur gloriam tuam, & lingua mea canter tota die laudes tuas. In corde habendus est per iugem recordationem. P^{sal.} In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.

P^{sa.} 118 **Deut. 4^o et. 11.** Deut. Audi Israel mandata mea, & ea in corde tuo quasi in libro scribe. In manu habendus est, per continuam operationem. P^{sal.} leuavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi, &c.

Sermo sapientis debet habere quatuor .

Eccl. 21 **P**rimo, debet examinationem. Ecclesiasticus. Verba prudentium statera ponderabuntur.

Prou. 17 Prou. 17. Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est; stultus si tacuerit, sapiens reputabitur. **Ifydo.** Prius sermo ad limam, quam ad linguam. Et Hieronymus. In loquendo peritus esto multum, ante delibera quid dicas, ne reuocare non possis quod dicis. Secundo temporis oportunitatem. Ecclesiasticus. Homo sapiens tacebit usque ad tempus, lasciuus autem & imprudens non seruabit tempus. **Ifydo.** Ifydorus ait. Intende

oportunitatem temporis & loquendi
 tempus proferendi sermonis . Ideo
 dicebat Ecclesiasticus . Tempus lo- **Eccl. 3.**
 quendi , & tempus tacendi , &c. Ter-
 tio debet habere puritatem , ut sit
 purus à falsitate . Prou. Testis falsus **Pro. 19.**
 non erit impunitus , & qui mendacia
 loquitur , non effugiet , sicut à pro-
 ximi nocumento , & à contumelia dei .
 Quarto debet habere lenitatem , ut sit
 dulcis sine clamoris asperitate . Ec- **Eccl. 6**
 cliasticus . Verbum dulce multiplicat
 amicos , & mitigat inimicos . Prou. **Pro. 15.**
 responsio mollis frangit iram , sermo
 durus suscitatur furorem .

Silentij bona sunt septem.

Primum est quia facit hominem
 fortem . Isa . In silentio & spe **Isa. 30.**
 erit fortitudo uestra . Et ab-
 bas pastor dixit . Omnis labor qui- **Pastor.**
 cunque euenerit tibi ex taciturnitate
 superabitur . Secundum est , quia red- **Isa. 32.**
 dit hominem pacificum . Isa . Erit o-
 pus iustitiæ pax & cultus iustitiæ si-
 lentium . Sicut enim ex nimia loqua-
 citate frequenter sequitur iniuria tã
 dei quàm proximi , sic ex silentio iu-
 stitia nutritur ; ex qua uelut ex qua-
 dam arbore , fructus pacis colligitur .